de campestribus. et de montuosis. et
ab austro portantes holocaustum et
uictimam et sacrificium et thus. et in
ferent oblationem in domum domini.
Si autem non audieritis me ut sancti
ficetis diem sabbati. et ne portetis onus.
et ne inferatis per portas ierusalem
in die sabbati. succendam ignem in
portis eius. et deuorabit domus ieru
salem. et non extinguetur. XVIII.
Verbum quod factum est ad ieremiam
a domino dicens. Surge et descen
de in domum figuli. et ibi audies uerba
mea. Et descendi in domum figuli. et
ecce ipse faciebat opus super rotam.
et dissipatum est uas quod ipse facie
bat e luto manibus suis. Conuersusque
fecit illud uas alterum. sicut placue
rat in oculis eius ut faceret. Et fac
tum est uerbum domini ad me dicens.
Numquid sicut figulus iste non potero
uobis facere domus israhel ait dominus.
Ecce sicut lutum in manu figuli. sic uos
in manu mea. domus israel. Repente lo
quar aduersum gentem et aduersum
regnum. ut eradicem et destruam et
disperdam illud. Si penitentiam ege
rit gens illa a malo suo quod feci
aduersum eam. agam et ego peni
tentiam super malo quod cogitaui
ut facerem ei. Et subito loquar de
gente et regno ut edificem et plantem
illud. Et si fecerit malum in oculis
meis ut non audiat uocem meam. pe
nitentiam agam super bono quod lo

cutus sum. ut facerem ei. Nunc ergo dic
uiro iude et habitatori ierusalem.
Hec dicit dominus. Ecce ego fingo con
tra uos malum. et cogito contra uos
cogitationem. Reuertatur unusquisque
a uia sua mala. et dirigite uias uestras
et studia uestra. Qui dixerunt. Desperaui
mus. Post cogitationes nostras
ibimus. et unusquisque prauitatem cor
dis sui mali faciemus. Ideo hec dicit dominus.
Interrogate gentes. Quis audiuit
talia. et horribilia que fecit nimis
uirgo israhel. Numquid deficiet de
petra agri nix libani. aut euelli pos
sunt aque erumpentes frigide et de
fluentes. quia oblitus est mei populus
meus. frustra libantes. et impingentes
in uiis suis. et in semitis seculi. ut am
bularent per eas in itinere non trito.
ut fieret terra eorum in desolationem et
in sibilum sempiternum. Omnis qui
preterierit per eam obstupescet et mo
uebit caput suum. Sicut uentus urens
dispergam eos coram inimicis. dorsum
et non faciem ostendam eis in die per
ditionis eorum. Et dixerunt. Venite
cogitemus contra ieremiam cogitatio
nes. Non enim peribit lex a sacerdote.
neque consilium a sapiente. nec sermo a
propheta. Venite et percutiamus eum
lingua. et non attendamus ad uniuer
sos sermones eius. Attende domine
ad me. et audi uocem aduersariorum
meorum. Numquid redditur pro bono
malum. quia foderunt foueam anime

mee.

Recordare quod steterim in conspectu tuo.
ut loquerer pro eis bonum: et averterē
indignationem tuam ab eis; Propterea
da filios eorum in famem et deduc eos
in manus gladii; Fiant uxores eorum
absque liberis et vidue; et viri earum in
terficiantur morte; iuvenes eorum cō
fodiantur gladio in prelio; audiatur
clamor de domibus eorum; Adduces enī
super eos latronem repente quia fode
runt foveam ut caperent me: et laqueos
absconderunt pedibus meis; Tu autem
domine scis omne consiliū eorum adū
sum me in mortem; Ne propicieris ini
quitati eorum: et peccatum eorum a fa
cie tua non deleatur; Fiant corruentes
in conspectu tuo, in tempore furoris tui
abutere eis;

XIX.

Hec dicit dominus; Vade et accipe la
gunculam figuli testeam a senioribus
populi. et a senioribus sacerdotum: et
egredere ad vallem filii ennō. que est
iuxta introitum porte fictilis: et predica
bis ibi verba que ego loquar ad te et
dices, Audite verbum domini reges
iuda, et habitatores ierusalem. Hec di
cit dominus exercituum deus israhel;
Ecce ego inducam afflictionem super lo
cum istum: ita ut omnis qui audierit
illam tinniant aures eius: eo quod de
reliquerint me. et alienum fecerint lo
cum istum. et libaverint in eo diis ali
enis quos nescierunt ipsi et patres eorum
et reges iuda, et repleverint locum istū
sanguine innocentium; Et edificaverunt
excelsa baalim ad comburendos filios
suos igni in holocaustum baali. que non
precepi nec locutus sum nec ascenderūt
in cor meum; Propterea ecce dies veniunt
dicit dominus: et non vocabitur locus
iste amplius thophet. et vallis filii ennon,
sed vallis occisionis; Et dissipabo consi
lium iude. et ierusalem in loco isto: et sub
vertam eos gladio in conspectu inimi
corum suorum: et in manu querentium
animas eorum; Et dabo cadavera eorum
escam volatilibus celi et bestiis terre;
et ponam civitatem hanc in stuporem.
et sibilum. Omnis qui preterierit per
eam obstupescet: et sibilabit super uni
versa plaga eius; Et cibabo eos carni
bus filiorum suorum: et carnibus filiarum
suarum; Et unusquisque carnes amici sui come
det in obsidione. et in angustia, in qua
includent eos inimici eorum. et qui que
runt animas eorum; Et contere lagun
culam in oculis virorum qui ibunt tecū,
et dices ad eos;

Hec dicit dominus exercituum; Sic
conteram populum istum et civitatē
istam, sicut conteritur vas figuli. quod
non potest ultra instaurari; Et in
thophet sepelientur, eo quod non sit
alius locus ad sepeliendum; Sic faciam
loco huic ait dominus. et habitatoribus
eius, ut ponam civitatem istam sicut
thophet; Et erunt domus ierusalem.
et domus regum iuda sicut locus thophet.
immunde: omnes domus in quarum
domatibus sacrificaverunt omni militie

pellentur enim ...
afferam enim super eos mala annum
[vi]sitationis eorum ait dominus. Et in p[ro]p[he]
tis samarie vidi fatuitatem. et prophe
[tab]ant in baal et decipiebant populum
[meu]m israhel. Et in prophetis ierusalem
[vidi] similitudinem adulterii. et iter
[men]dacii. Et confortaverunt manus
[pes]simorum. ut non converteretur unusquisque
[a m]alitia sua. Facti sunt michi omnes
sodoma et habitatores eius quasi
[gomor]ra. Propterea hec dicit dominus ex[erci]
tuum ad prophetas. Ecce ego cibabo eos
[absi]nthio. et potabo eos felle. A prophetis enim
[ier]usalem est egressa pollutio super omnem
[terr]am. Hec dicit dominus exercituum.
[Nolit]e audire verba prophetarum qui prophetant
[vob]is. et decipiunt vos. Visionem cordis
[sui lo]quuntur. non de ore domini. Dicunt
[his q]ui blasphemant me. locutus est dominus
[pax erit] vobis. et omni qui ambulat in
[pravitate] cordis sui dixerunt. non veniet
[super vos] malum. Quis enim affuit in consi
[lio do]mini. et vidit et audivit sermonem
[eius]. Quis consideravit verbum illius
[et au]divit. Ecce turbo dominice
[indig]nationis egredietur. et tempestas erum
[pens] super caput impiorum veniet.
[Non re]vertetur furor domini usque dum fa
[ciat e]t usque dum compleat cogitationem
[cordi]s sui. In novissimis diebus intelligetis
[consiliu]m eius. Non mittebam prophetas. et

... populo
meo. avertissem utique eos a via sua mala.
et a pessimis cogitationibus suis. Putas
ne deus e vicino ego sum dicit dominus. deus
de proximo et non deus de longe. Si oc
cultabitur vir in absconditis. et ego
non videbo eum dicit dominus. Numquid
non celum et terram ego impleo ait dominus.
Audivi que dixerunt prophete prophetantes in no
mine meo mendacium atque dicentes. Som
niavi somniavi. Usquequo istud est in corde
prophetarum vaticinantium mendacium.
et prophetantium seductiones cordis sui
qui volunt facere ut obliviscatur populus
meus nominis mei propter somnia eorum.
que narrant unusquisque ad proximum
suum. sicut obliti sunt patres eorum
nominis mei propter baalim. Propheta
qui habet somnium narret somnium.
et qui habet sermonem meum loquatur
sermonem meum vere. Quid paleas
ad triticum dicit dominus.
Numquid non verba
mea sunt quasi ignis ait dominus.
et quasi malleus conterens petram.
Propterea ecce ego ad prophetas ait do
minus. qui furantur verba mea unus
quisque a proximo suo. Ecce ego ad prophetas
ait dominus qui assumunt linguas
suas et aiunt dicit dominus. Ecce
ego ad prophetas somniantes mendacium
ait dominus. qui narraverunt ea et

nichil profuerunt populo huic dicit
dominus. Si igitur interrogaverit
te populus iste vel propheta aut sacerdos
dicens. quod est onus domini: dices ad
eos. Vos estis onus. Proiciam quippe vos dicit dominus. Et
propheta et sacerdos et populus qui dicit
onus domini: visitabo super virum illum
et super domum eius. Hec dicetis unusquisque ad proximum suum et ad fratrem
suum. Quid respondit dominus? et
quid locutus est dominus? Et ultra
onus domini non memorabitur quia
onus erit unicuique sermo suus? et pervertistis verba dei viventis. domini
exercituum dei nostri. Hec dices ad
prophetam. Quid respondit dominus
tibi? et quid locutus est dominus?
Si autem onus domini dixeritis: propter
hoc hec dicit dominus. quia dixistis sermonem istum onus domini? et misi ad
vos dicens. nolite dicere onus domini:
propterea ecce ego tollam vos portans. et
derelinquam vos et civitatem quam dedi vobis et patribus vestris a facie mea.
et dabo vos in obprobrium sempiternum
et in ignominiam eternam que numquam
oblivione delebitur.

XXIIII

Ostendit michi dominus et ecce duo
calathi pleni ficis positi ante templum
domini: postquam transtulit nabugodonosor rex babilonis ieconiam filium ioa[illegible]

[illegible] unus ficus bonas habebat nimis. [illegible]
lent ficus esse primi temporis. et calathus
unus ficus habebat malas nimis que
non poterant comedi eo quod essent male. Et
dixit dominus ad me. Quid tu vides
ieremia? Et dixi. ficus. ficus bonas
valde. et malas malas valde. que comedi
non possunt eo quod sint male.

Et factum est verbum domini ad me
dicens. Hec dicit dominus deus [illegible]
Sicut ficus hee bone. sic cognoscam [illegible]
migrationem iuda. quam emisi de [illegible]
isto in terram chaldeorum in bonum
Et ponam oculos meos super eos ad placandum et reducam eos in terram
[illegible] et edificabo eos et non destruam: et
plantabo eos et non evellam. et dabo eis
ut sciant me quia ego sum dominus [illegible]
Et erunt michi in populum et ego [illegible]
in deum: quia revertentur ad me in [illegible]
corde suo. Et sicut ficus pessime que [illegible]
di non possunt eo quod sint male. [illegible]
dicit dominus: sic dabo sedechiam [illegible]
iuda et principes eius et reliquos [illegible]
qui remanserunt in urbe hac et qui [illegible]
tant in terra egypti. Et dabo [illegible]
vexationem afflictionemque omnibus [illegible]
terre in obprobrium et in parabolam
in proverbium et in maledictionem
in universis locis. ad que eieci eos. Et
mittam in eis gladium et pestem [illegible]
donec consumantur de terra quam [illegible]

[illegible]